

K. 98, 15. et^a nostra bona tuis militibus predam esse decernis, in
 1091. te tua vertis tela, cum fratrem tuum, cui debebas^b esse
 tutela, spolias rapina cruenta. In Deum vadit, qui
 suos invadit. Nam quecumque hic longe in tuis finibus
 spolia queris habenda, ostendam tibi potiora in medio
 tui regni posita. Nusquam enim melius^c ditaberis^d nec^e
 amplius magnificaberis quam in suburbio Pragensi et
 vico Wissegradensi^f. Ibi Iudei auro et argento plenissimi,
 ibi ex omni gente negotiatores ditissimi, ibi monetarii opu-
 lentissimi, ibi forum, in quo preda habundans superhabun-
 dat tuis militibus. Aut si te delectat, qualiter Troia arserit^g
 videre, nusquam magis Vulcanum videbis furentem^h, quam
 cumⁱ utramque urbem predictam videoas ardentem. Atqui:
 "Illa mea sunt", dicas. Ista autem que hostiliter deva-
 stas, cuius esse putas? Nonne nos et nostra tua sunt?^j Sin autem solummodo tua fulmina acuis in iugulum tui
 fratis, absit, ut alter Cain^k habearis. Salva tui gratia
 fratri tuo patet Grecia, patet Dalmacia, ipse mavult
 peregrinari quam te fratricidio criminari. Quin pocius
 accipe, que tibi mittit, iam non frater, sed quasi tuus^l servus.^m Et protulit de sinu forcepsⁿ et fascem ex vir-
 gultis. 'Et si quid'^o, inquit^p, 'frater in fratrem peccavit^q,
 emenda; terram autem^r, que tua est, cui mavis commen-
 da.' Dixerat et ita cor regis tetigit^s et movit
 corda principum^t, ut nullus se continere posset a lacrimis.^u Quam rex^v ad latus suum iubet ut sedeat, sed prius-
 quam sederet, 'Quandoquidem', inquit^w, 'inveni gratiam in
 oculis tuis', adhuc unam peticionem posco, ne con-
 fundas faciem meam^x queso. Pro magno peccato filii
 paululum supplicii satis est patri.' Tunc rex: 'Scio',^y
 ait, 'quo pergis. Sed perge potius et adduc ocios
 fratrem meum et filium^z ad me in osculo sancto^{aa} et

a) nos et fehlt A 1. b) esse deb. A 1. c) fehlt A 1. d) dicab-, korr.
 ditab. A 1. e) nec a. m. fehlt A 8. f) usagr. A 1; wlsogr. C 1a. g) fehlt
 A 1. B. h) Cayn C 1b. 2b; Kahn A 2a. C 1a. 2a^z; Cayn A 1a. B. i) tua A 8. 35
 k) fehlt A 8. l) forceps A 2a. C 2b. m) exaudi, korr. ex si quid, A 1.
 n) fehlt A 8. o) autem tuam A 1. p) so A 1. C 1a; tet. reg. die abrigen.
 q) rex Wü A 8. r) fehlt A 8. s) fil. meum A 8; ad me fehlt A 2a.

1) Verg. Aen. II, 581: Troia arserit igni. 2) Verg. Aen. V, 662:
 furit immissis Volcanus habenis. 3) Für Schere und Besen als
 Symbole des Freiheitsverlustes vgl. J. Grimm, Deutsche Rechtsaltertümmer
 4. Aufl. I (Leipzig 1899), 286f., wo diese Stelle nicht angeführt ist.
 4) Luc. 17, 3: si peccaverit in te frater tuus, increpa illum. 5) Jerem.
 4, 18: tetigit cor suum. 6) Job 12, 24: qui immutat cor principum.
 7) Gen. 18, 3: inveni — tuis. 8) III. Reg. 2, 16: ne — meam. 45
 9) Rom. 16, 16: in osc. s; I. Cor. 16, 20 und öfter.

in^a vinculo pacis^b, et osculatus est eam. Timuerat enim K. 98, ss.
 rex valde, ne frater suus et filius conspirarent contra 1091.
 eum. Qui cum venissent^c per conductum domine Wip-
 pirk^d ad regem, dans eis pacis osculum, rex ait ad filium
 suum: 'Fili mi, si bene egisti, nulli melius quam tibi
 erit; sin^e autem male, peccatum tuum in foribus aderit^{f,g}'.

XLVI. Post hec Bracizlaus intelligens suum patrem
 non ex corde, sed pro necessitate fecisse pacem,^h cum
 omnibus, qui suam transierant in aciem, secessit in partes
 urbis Gradecⁱ et ibi morabatur frustra expectans incertam
 fortune vicisitudinem.^j Quotquot enim secuti eum fue-
 runt, nullus ausus est^k proprios revisere^l lares, quia
 regem, quem offenderant, valde metuebant, ne captos
 aut^m in vincula mitteret aut capitali sentencia dampna-
 ret. Videns autem rex, quod non posset, uti volebat,
 iram suam ulcisci in filio necⁿ in eius sequacibus, advocat
 fratrem suum Cunradum^o et congregat terre maiores
 natu atque corroborat omnium sacramento comitum^p,
 quo^q post suum obitum^r frater eius Conradus^s obtineat.
 solium ac Boemie ducatum. Tunc rex roboratus fratris
 sui^t consilio simul et auxilio cepit aperte machi-
 nari, qualiter ulciscatur in filio. Nec^u hoc latuit Braciz-
 laum filium eius^v, et sine mora congregati sunt ad eum
 plus quam tria milia fortium virorum et accelerantes
 metati sunt castra circa Rokitnicam rivulum, in crasti-
 num parati contra regem committere prelium. Pre-
 miserat enim ad patrem suum nuncium dicens: 'En ego,
 en assum, longe quem^z quesitus eras^{aa}; quod facturus es
 posthac, hodie fac.'^{bb} Nec pretereundum est sub silentio,
 quod eiusdem noctis in conticinio^{cc} divina operari dignata
 est revelatio. Nam si acta hominum nostre scientie pro
 modulo pandimus, indignum est, ut ea que ipsi^{dd} vidi-
 mus magnalia^{ee} Dei taceamus.

85 fehlt A 8. B. b) convenient (cum übergeschrieben) A 1; per — Wip-
 pirk fehlt A 2a. c) Wipyrk A 1; Wypirk C 1b. d) sin — aderit fehlt A 8.
 II, 46 (A 1. 1a. 2a. 8. B. C). — a) Hradec C 1b. inmer. b) erat A 8.
 e) visitare A 2a. d) fehlt B; atque C 1. 2b. e) necon A 8; vel C 2b. f) so
 A 1. 8a; Chönr. A 2a (Chounr. *). g) communis C 8; comitum fidem A 8. h) so
 A 1. 1a. 8; quod die abrigen *. i) ob. suum A 2a. 3. k) so A 1. 1a. 2a. B. C;
 40 Chönr. A 2a; Chur. A 3a; Chounr. A 3b; Chounr. *. l) fehlt A 2a. m) nec
 non latuit (non radiert) A 2a. n) regis A 8. o) quam A 1. p) etas, korr.
 eras, A 1; eas A 1. 2a. C 2a; eas, korr. eras, C 1. q) concilio A 1. r) ibi A 2a.

1) Eph. 4, 3: in vinc. p. 2) Gen. 4, 7: Nonne si bene egeris,
 recipies, sin autem male, statim in. f. p. aderit? 3) Exod. 14, 18:
 videte m. Dei quae facturus est hodie (vgl. oben Z. 28); s. auch S. 66, N. 2.